



## Gospel for Septuagesima Sunday


## Tonus antiquior


**D**  Ominus vobíscum. R̄. Et cum spí-ri-tu tu-o.

 Sequénti-a Sancti Evangé-li-i secúndum Matthæ-um. R̄. Glóri-a ti-bi Dómine.


**I**  -n illo témpore : Di-xit Jesus discípu-lis su-is parábo-lam hanc: Sími-le


 est regnum cælórum hómi-ni patri-famí li-as, qui éxi-it primo mane condú-

 cere operá-ri-os in víne-am su-am. Conventi-óne autem facta cum operá-ri-is

 ex dená-ri-o di-úrno, mi-sit e-os in víne-am su-am. Et egréssus circa horam


 térti-am, vi-dit á-li-os stantes in foro o-ti-ósos, et di-xit il-lis: I-te et vos

 in víne-am me-am, et quod justum fú-e-rit, dabo vo-bis. Illi autem abi-é-


 runt. I-terum autem éxi-it circa sextam et nonam horam: et fecit simí-li-ter.




Circa undécimam vero éxi-it, et invénit á-li-os stantes, et di-cit il-lis: Quid




hic sta-tis tota di-e o-ti-ó-si? Dicunt e-i: Qui-a nemo nos condú-xit. Di-cit




il-lis: I-te et vos in vîne-am me-am. Cum sero autem factum esset, di-cit




dóminus vîne-æ procuratóri su-o: Voca operá-ri-os, et redde il-lis mercédem,




incí-pi-ens a novíssimis usque ad primos. Cum veníssent ergo qui circa



undécimam horam vénerant, accepérunt síngu-los dená-ri-os. Veni-éntes




autem et primi, arbitrá-ti sunt quod plus essent acceptúri: accepérunt



autem et ipsi síngu-los dená-ri-os. Et acci-pi-éntes murmurábant advérsus



patremfamí-li-as, dicéntes: Hi novíssimi una hora fecérunt, et pares illos



nobis fecísti, qui portávimus pondus di-é-i, et æstus. At ille respóndens uni

e-órum, di-xit: Amíce, non fáci-o ti-bi injúri-am: nonne ex dená-ri-o conve-

nísti mecum? Tolle quod tu-um est, et vade: vo-lo autem et hu-ic novíssimo

dare sicut et ti-bi. Aut non licet mi-hi, quod vo-lo, fácere? an ócu-lus

tu-us nequam est, qui-a ego bonus sum? Sic erunt novíssimi primi, et primi

novíssimi. Multi enim sunt vocá-ti, pauci vero e-lécti.